

P R A E F A T I O.

bus munirem: tum etiam, quid de linguae originis ac primævæ natura & modo, historia & vicissitudinibus, de lectionis porro integritate, subsidiis criticis, codicibus & editionibus censendum sit, luculenter edissererem: ita tamen, ut momenta rationum non nimis cumularem, nec tam numero, quam pondere suo & valore metirer, ac ubi cavillis aut exceptionibus adversariorum petrentur, nervose ac dextre vindicarem. *Posthæc* in aciem producenda erant Anti-Scripturariorum & Pseudo-Criticorum commenta, quæ nec dissimulavi, nec aliquantulum inflexa & mutata dedi, sed bona fide, & ipsismet auctorum verbis ut plurimum, in medium protuli, & quantum pro ingenii modulo licuit, æqua lance expendi, quæque probari commode aut excusari non possunt, pro merito castigavi. Sed & piorum, gravium, ac doctorum virorum, quibus animus a Scripturarum veneratione alienus non est, placita, ubi minus recte se habere mihi sunt visa, sub incudem vocare necesse fuit, quod ea tamen feci

b

mode-